iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedentibus praesenti vero Castrensi Capituli Praemyslien. iurisdictioni secum suis successoribus ac bonis gl. omnibus quoad actum praesentem attinet totaliter ac plenarie incorporando subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoscunt et quilibet illorum suo pro interesse recognoscunt. Quia ipsi mutuo et invicem se ac suos successores in et super bonis suis gl. omnibus summisque pecuniis quibusvis propriis (et cum impetentibus recedentibus praesentibus) una pars alteri ac posteri utriusque partis inscribunt et obligant praesentem Interessam certam inter se Recognoscentes atque Generosos Paulum Zaporski fratrem germanum ab una et praedictam Turska ab altera partibus rerum certarum rerum et condonationum in eadem Interessa contentarum de actu et data illius hic Praemysliae die hora vide licet Quinta Septembris anno praesenti confectae manibus Generosi Petri Zaporski et praefatae Generosae Turska propriis subscriptae. In omnibus eiusdem Interessae Condonibus puncti clausulis articulis vadio ligamentis annexis gl. universis. Eidemque ac ipsius contentis omnibus et singulis tam in toto quam in quavis minima parte totiens quotiens opus fuerit satis satisfacere Interessam praefatam ad inscriptionem praesentem Robonam et e contra Vicissim in toto referendo Idque sub vadio Mille Ducentorum et Quinquaginta florenorum pro praedictis Generosis Recognoscentibus sive eorum successoribus praefatis per partem parti ac postea utriusque Partis ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in quavis minima parte totiens quotiens opus fuerit ad solutionem succumbentem. Nihilominus praenotati Generosi Recognoscentes se ac successores in et super bonis suis gl. omnibus ac summis pecuniis quibusvis habitis et habendis mutuo et invicem una pars alteri ac posteri utriusque Partis inscribunt et obligant praedictum Generosum fratrem suum memoratus vero Cechowsky Turska cum memorati mariti ipsius assistentia vel in eventu mortis eorum successores ipsorum ad approbandam Inscriptionem praesentem Robonam vel similem suo pro interesse faciendam ad acta quaevis autentica Regni ante decursum duodecim septimanarum adducere et firmiter tenere complere et exequi ac minime contra offerre

et persolvere

et persolvere statuere ab eisque vel in eventu mortis eorum successoribus ipsorum ac praemissa exequantur efficere. Idque sub simili vadio supradicto specificato per memoratas partes Recognoscentes sibi suisque posteris ob non satisfactionem submissionis suae ad solvendum succumbentem. Pro quo quidem vadio vel vadiis taliter ad solutionem succubitur ac pro re aliqua similis expressis non completis completis. Ita ex una pars praemissa non tenentis sive eius posteri ad instantiam alterius partis praemissa tenentis sive eius successorum ad officium praesentis Castrensis Capituli Praemyslien. extunc recessu supradicto quoad iudicium spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuriparere iudicio vadium vel vadia luere Inscriptioni huic Robonae satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque actus successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Eundem Primum terminum semper peremptorium et alios omnes consequentes cum eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori munimento successorum legione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differentes ad quietem ultra proximos officii praefati terminos dilationem sibi non recipientes nullasque Moves appellationes ac earum prosecutionem faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel tuitionibus exactionibus suspensionibus fatalibus iuris praesertim tenui bello conveniendo ac aliis quibusvis iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo

Actum in Castro Praemyslien. feria tertia post Festum Nativitatis Bssimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexe. 9/IX 1636

Sexcen[tesi]mo Trigesimo Sexto.

G. G. Pieniaszkowa et Szumowski Roborant

Comparentes pers[onali]t[er] coram officio et actis p[rae]sen[tibus] castren[sibus] capitan[ea]l[i]b[us] Praemysl[iensibus] Gen[ero]sa Dorothea de Raddanow cum Gen[ero]so Petro Pieniązek conth[oralis] relicta vidua ab una et Laurentius Szumowski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existen[tes] [illegible] ambas [illegible] ... [illegible]

[illegible]

Praemysl[iensis] [illegible] ... [illegible]

G. G. Siedliski et Zlinsky Roborant Intercisam

Comparentes pers[onali]t[er] coram officio et actis p[rae]sen[tibus] castren[sibus] capitan[ea]l[i]b[us] Praemysl[iensibus] Gen[ero]si Joannes Siedliski ab una et [illegible] Zlinski ab altera partibus sani mentibus et corporibus [illegible] ... [illegible]

[illegible]